

2845

H O M I L E T I C I

2846

*In uan, ingrata, in uan d'amar ti uanti,
Se ti restoran gli occhi ad altri pianti. &c.*

DCCLXXXIV.

676 Codex chartaceus ital. Sec. XVII. Folior. 11. 4. complectitur IV. Sermones sacros in ἐπιτομῶν redactos, et Imperatori cuidam, puto Leopoldo I. ita inscriptos: *Cesare Augustissimo! L'ecceffe Doti dell' Oratione: La Povertà pretiosa nell' occhi di Dio: La Sequela del Verbo Incarnato: e Le Angustie sofferte da Christo afflitto sono quattro sonore trombe, che ribombandomi all' Orrecchio mi destano a distinta esplicatione di loro rarissime Qualità &c.* Subscribit Autor Giov. Bernardi. Verum nec Viri hujus conditio, nec tempus ullum, aut ulla occasio adnotatur habitorum horum Sermorum, qui nulla re se admodum commendant. Adhaerent iis: *Sentimenti di Compunzione verso Dio Per Aggiunta a quattro Discorsi.*

DCCLXXXV.

702 Codex chartaceus ital. Sec. XVII. Folior. 86. 4. Sermones Sacros complectitur, quorum Titulus: *Academia Sacra Del Verbo Distinta in Nove Sermoni per l'Aspettatione del Parto di Maria Vergine. Nella Capella Cesarea della S. C. R. Maestà dell' Imperatrice Leonora composti e recitati da Frà Vito Lepori da Goritia Minor Conventuale di San Francesco, Predicatore di Sua Maestà. Ut Autoris, verius dicam, Se-*

culi saporem cognoscas, adscribam Dictionum singularum Ἐπιτομας. *La Grammatica sopra il Verbo declinato. La Rettorica sopra il Verbo figurato. La Logica sopra il Verbo concluso. La Filosofia (Fisica?) sopra il Verbo generato. La Medicina sopra il Verbo sanante. La Teologia sopra il Verbo comunicato. La Matematica sopra il Verbo circonscritto. L'Astrologia sopra il Verbo Sol in Vergine. La Musica sopra il Verbo soprano.* Dicantur Leopoldo Imp. Vienna li 22. Decembre 1680.

DCCLXXXVI.

Codex chartaceus lat. Sec. 707 XVII. Folior. 9. 4. Orationem exhibet, nescio, qua occasione, habitam, cujus Titulus: *Superbia humiliata, Humilitas exaltata, Utraque in Equo.* Academicos adpellat Orator, fabulaturque de quodam Academico Theodidaſto; exponit vero Amani et Mardochei Κατασκευῆν, frigide plerumque jocularis. En specimen: *Vis scire, quomodo mortuus sit superbus Aman? Interroga quantitatem et dicet: Superbus Aman mortuus est longior, quam vixerit: — ad Græcorum decimam sextam literam (II) uno nodo ligatus, in I pendulum extensus. Interroga qualitatem et dicet: Mortuus habuit colorem viola &c.* Sub finem de suo Theodidaſto, quem Mardocheum facit: *Profeſſo in Eucha-*

2847

C O D. H O M I L E T.

2848

Eucharistica Solennitate nupera asino Paduano (Antonii?) non eguit, tam humiliter reverens fuit. Quae, qui volet, rimetur.

DCCLXXXVII.

715 Codex chartaceus lat. Sec. XVII. Folior. 9. 4. inscribitur: *Maria Immaculata Signum cui contradicetur. Sive Sermo Panegyricus in quo Maria Immaculata Eva Contradictio, Eva Mariae Immaculatae Antithesis demonstratur. Dicitur ad Universitatem Carolo — Ferd: Pragensem, Dum*

more annuo Eidem Immaculatae Sacramentum diceret. XV. Decembris A. Dⁿⁱ. MDCLXIX. Luculentum depravati Gustus Monumentum. En, ut peroret Autor anonymus! Tota mea dictio Antithesis fuit et Contradictio; sit et hoc dictionis meae Epilogus: Dixi, non dixi. Tam enim de te Maria dixi male, ut neque ausim dicere me dixisse. Sed nempe vatarum, ut est Palatina nostra, Bibliothecarum est, condere, quidquid vel sapuit, vel desipuit humanum Ingenium.



C O D I